

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Augustini De Balthasar J.U.D. & Prof. Ord. R. Consistorii
Directoris Jurisprudentia, Secundum Ordinem
Institutionum Imp. Justiniani In Tabellas Subjunctis
Subinde Succinctis Definitionibus Ac ...**

B.C.D. Die XVII. Februar. MDCCLXI. Publice Ventilandum



Balthasar, Augustin von

Gryphiswaldiae, [1761]

VD18 90557182

Farbkarte

urn:nbn:de:gbv:45:1-16022



NOBILISSIME ATQVE DOCTISSIME
DOMINE STENTZLERE,
COMMILITO HONORATISSIME, DILECTISSIME.

Cum primum TE institutioni meæ tradidisti, ut animi tui dotes ingenique indolem penitus intueri, occasionem nactus fuerim: dicere vix possum, qua animi lætitia meum tibi inserviendi studium tuis usibus dicaverim. Partim, quod ipsa experientia sibi edoctus, me operam industriamque meam non inutiliter consumere, nec spe lætari inani, studia tua, divina favente gratia, majora indies captura esse incrementa, ut felicissimum tandem obtentura sint finem; Partim etiam, quod hoc ipso occasionem nactus fuerim, in TE illud compensandi beneficium, quod ipse PARENTI Tuo, Viro summe reverendo, Collegæ meo honoratissimo, me acceptum tulisse, grata mente recordor.

Gratulor TIBI, dilectissime STENTZLERE, ex animo de primo hoc studiorum ac eruditionis Tuæ publico specimine; gratulor & PARENTI Tuo, maxime venerando,

